SINGVLARIA
IN IVRE PONTIFICIO
ATQVE CAESAREO,

*Ad ſubtiliores quæſtiones ac frequentiores, quæ in fo=
ro verſantur, cauſas, tam veterum, quàm recen=
tiorum Iuriſconſultorum ſententijs rece=
ptiſsimis comprobata,*

Reuerendiſsimi Epiſcopi ac clariſsimi Iuriſconſulti
Do. Pauli Fuſci Rauellenſis, ſtudio atque
ordine alphabetico compilata.

Et nunc primùm in lucem edita.

CVM PRIVILEGIO.

SIC MIHI, ATQVE ALIIS.

Venetijs, Apud Altobellum Salicatum.
M D LXXIIII.

Fusci Singularia in utroque Iure

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ALTOBELLVS SALICATVS Typographus, Lectori S.

CVM in iudicijs lite conteſtata per intentionem propoſitam & depulſionem, ſiue contradictionem obiectam, inter actorem & reum quæſtio naſcatur; uel de iure, vel de facto, vel de vtroque diſceptari, atq; probationes requiri neceſſe eſt. Iuris autem quæſtio non in arbitrio atque poteſtate iudicis, ſed in auctoritate atque nutu legum conſiſtit: quarum confuſio & multitudo tanta eſt, vt ius Ciuile, ars omnium nobiliſſima, artis formam propè nullam habere videatur: interpretumq; commentarijs, & Doctorum opinionibus adeò in dies excreſcat; vt, quod per ſe certum & finitum eſſe debeat, incertum & infinitum reddatur. Hac de cauſa plerique nituntur ordinem & modum adhibere, vt confuſione & multitudine ſublata, quæ à maioribus ſubtiliter diſputata, & rectè definita ſunt, ad negotia forenſia accommodentur. Itaque alij tractatus conſcribunt, in quibus ſpeciem aliquam iuris, congeſtis vndique omnibus, quæ ad eam faciunt, methodo explicant: alij indices ex multis auctoribus conficiunt, qui vt ſunt collectoribus laborioſi, ita deinceps vtentibus expeditiſſimi: quoniam eorum ductu, nullo negotio ad quæſtionis propoſitæ deciſionem, etiam leuiter eruditi perueniunt; &, quæ literis conſignata, in

memoria

SINGVLARIA IN IVRE PONTIFITIO ATQVE CAESAREO,

Ad ſubtiliores quæſtiones, & frequentiores, quæ in foro verſantur, cauſas, tam veterum, quàm recentiorum Iuriſconſultorum ſententiis receptiſsimis comprobata,

Reuerendiß. Epiſcopi ac Clariß. Iuriſconſul. Pauli Fuſci Rauellenſis ſtudio ſingulari, ac bono ordine compilata.

1 ABBAS beneficiatus non habens curam animarum, non tenetur ire ad ſynodum epiſcopalem. Sed bene, quæ ibi fuerint ſtatuta, tenetur obſeruare. ponit Fely. in c. quod ſuper his. in princ. extra de maior. & obed. plenius tractat Henr. Boich. in tract. de ſyn.epiſ.ſecun.part.per plur.col. vbi de abbatibus regularibus, per c.epiſcopus. vbi glo.& Doct.xviii.diſt.quia eſt diuerſa ratio, primũ poteſt probari ſeſſ.xxiiii. Conc. Trid. de reform. cap. 2.

2 ABSENS quis dicatur, & quis pręſens. Bart. & alii in l.1.ff. de verb. oblig. Anchar. in c. hoc ſacro. in princ. de elect. in 6. Mandoſ. in 32. reg. Cancel. q. 22.

REGISTRVM.

a. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM.

Omnes ſunt duerni.

VENETIIS. M D LXXIIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA